



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 50. Quorumdam Catholicorum Scriptorum Iucubrationes & fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](#)

Decembris Maria Eleonora Austriaca Sæc. XVII.
olim Poloniæ Regis, postea Caroli V. A. C. 1697.
Lotharingiæ Ducis Conjux, annos nata
quadraginta quinque Viennæ Austriae
biduo ante, quam Cæsar paci Riswi-
censi subscriperat, vivis erepta est,
proin ad Ducatum suum, a quo per
viginti septem annos a Gallis exclusa
fuit, reverti haud poterat. Obiere e-
tiam die tertia Junii Joannes Adolphus
Saxo - Weisenfeldensis Princeps, &
die undecima Novembris Ludovica
Christina de Stollberg Landgravia Haf-
so - Darmstadiana.

§. L.

*Quorumdam Catholicorum Scripto-
rum lucubrationes & fata.*

Inter Scriptores Catholicos, quorum
memoria ob eorum lucubrationes
literatis adhucdum grata existit, cele-
briores sunt. I. Josephus Antelmus
Foro - Juliensis Canonicus, qui differ-
tationem edidit Historico - Chronologi-
cam, Criticam, prophanam & Sacram
de prima fundatione Ecclesiæ Foro-
Juliensis, composuit etiam Historiam
valde eruditam ejusdem Ecclesiæ una-
cum epistola ad P. Pagium de vita &
morte S. Martini Turonensis, & Bricii
Successoris sui: Obiit Apamiis nonnisi

Hist. Eccles. Tom. LXVI. F f qua-

Sæc. XVII. quadraginta annos natus. II. Franciscus Petronius, scripsit arborem decoram SS. Joachim & Annæ, & nonnulla alia. III. Ludovicus Bertha Ord. FF. Præd. elucubravit librum, cui titulus: *Origo plagarum Christianum Orben devastantium*, edidit etiam suum Medicum Christianum detegentem & sanantem has plagas, brevem viam salutis per opera charitatis, & misericordem sponsum in hoc corrupto sæculo punire coactum, præter vitam S. Ludovici. IV. Modestus a S. Joanne Evangelista Carmelita Discalceatus, scripsit sacras Panegyres, tractatum centuplum agri cœlestis, Elucidationem literalem, & anagogicum in Threnos Jeremiæ Tom. IV. & vitam S. Joannis a Cruce præter Epistolas S. Theresiæ.

§. LI.

Quidam Scriptores ex Acatholicis hoc anno defuncti, eorum opera.

Paucos ex Protestantibus, qui hoc anno obiere, subjungere lubet, & quidem primo decepsit Joannes Adam Osiander, qui posteris reliquit disputationes de Mysterio Trinitatis, Deum in lumine naturæ repræsentatum, & in lumine gloriæ delineatum, chronotaxin Historicam Patriarcharum, Regum, Pon-